



ELTE BTK  
ÓKORTUDOMÁNYI INTÉZET  
LATIN TANSZÉK

ARPINÓI NEMZETKÖZI CICERO-  
VERSENY  
HAZAI VÁLOGATÓJA

<http://abeljeno.uw.hu/>



## Cicero pályája kezdetéről

Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus et quae figura non procul abesse putatur a vitae periculo, si accedit labor et laterum magna contentio. Eoque magis hoc eos, quibus eram carus, commovebat, quod omnia sine remissione, sine varietate, vi summa vocis et totius corporis contentione dicebam. Itaque cum me et amici et medici hortarentur, ut causas agere desisterem, quodvis potius periculum mihi adeundum quam a sperata dicendi gloria discedendum putavi. Sed cum censerem remissione et moderatione vocis et commutato genere dicendi me et periculum vitare posse et temperatus dicere, ut consuetudinem dicendi mutarem, ea causa mihi in Asiam profiscendi fuit. Itaque cum essem biennium versatus in causis et iam in foro celebratum meum nomen esset, Roma sum profectus. Cum venissem Athenas, sex menses cum Antiocho veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho fui ... Post a me Asia tota peragrata est cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus ... Quibus non contentus Rhodum veni meque ad eundem quem Romae audiveram Molonem adiplicavi. ... Ita recepi me biennio post non modo exercitatiō sed prope mutatus. Nam et contentio nimia vocis resederat et quasi deferverat oratio lateribusque vires et corpori mediocris habitus accesserat.

(*Brutus* 91, 313–315)